



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum sit habitus operatiuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Cap. 19. to. s. & l. retr. & cap. 9.

li. r. 15. co. 1. & 22. c. li. 15. de ciuit. Dei. tom. 5. lib. 31. q. 36. paulo 2. prin. tom. 4.

In pd. qual. no p. rocul a prin. tom. 1.

q. 49. ar. 3.

Dii. 72.

transit in uirtutem, sicut nec albedo in nigredinem: sunt. n. contraria. Dicitur ergo, & dicitur, quod uirtus moralis sicut quilibet alia, est essentialiter habitus, sed moralis est habituatiua appetitus ad eliciendum actus quando, ubi, sicut, quantum oportet propter bonum rationis. & quia difficile est esse habituatiua ad eliciendum actum sic circumstantia, ideo difficile est habere habitum uirtutis. & quia habituatiua ad abstinendum, uerbi gratia, & non propter bonum rationis asuefit ex illo habitu ad actum abstinentiæ, cum tali defectu oportet habitum alium generari, & præcedentem corrumpi, si uerus habitus abstinentiæ inesse debet, quamuis facilius generetur in sic disposito uerus abstinentiæ habitus: ut patet in fine secundi Eth. sicut prodigium habituatiua ad expendendum non propter bonum rationis, & quando oportet & c. si debeat fieri liberalis, non sufficit quod mutetur sola regula ad pp quid oportet, & oportet & c. sed oportet ut fiat una simplex qualitas noua habituatiua ad expendendum propter bonum rationis quando oportet, sicut, ubi & c. & breuiter si quis meditetur, & diligenter rem hac considerauerit, inueniet, quod hæc phantasia de uirtute in uirtutem, & conuerso, transferret habitum eiusdem. Idem enim est iudicium de habitu genito ex actibus elicitis cum ratione erronea opposita prudentie, & de uirtuoso: nam in utroque est aliquid conformabile recte rationi, puta actus. & in neutro totum: quia defectuosa circumstantia non est conformabilis recte rationi.

be. arbit. * quod uirtus est bonus usus liberi arbitrii, sed usus liberi arbitrii est actus. ergo uirtus non est habitus, sed actus.

¶ 3 Præterea. Habitibus non memur, sed actibus, alioquin homo meretur continue, etiam dormiendo, sed uirtutibus meremur. ergo uirtutes non sunt habitus, sed actus.

¶ 4 Præter. Aug. * dicit in libr. de moribus ecclesie, quod uirtus est ordo amoris. & in li. 83. q. dicit, quod ordinatio, quæ uirtus uocatur, est fruendis frui, & utendis uti. ordo autem seu ordinatio nominat uel actum, uel relationem. ergo uirtus non est habitus, sed actus, uel relatio.

¶ 5 Præter. Sicut inueniuntur uirtutes humanae, ita & uirtutes naturales, sed uirtutes naturales non sunt habitus, sed potentia quædam, ergo et neque uirtutes humanae.

SED CONTRA est, quod Philo. in lib. Prædicamentorum *, scientia & uirtutem ponit esse habitum.

RESPON. dicendum, quod uirtus nominat quandam potentiam per sektionem. Vniuscuiusque. n. per sektionem præcipue consideratur in ordine ad suum finem, finis autem potentia actus est: unde potentia dicitur esse perfecta secundum quod determinatur ad suum actum. Sunt autem quædam potentia, quæ secundum se ipsas sunt determinatae ad suos actus, sicut potentia naturales actiua: & ideo huiusmodi potentie naturales secundum se ipsas dicuntur uirtutes. Potentia autem rationales, quæ sunt proprie hominis, non sunt determinatae ad unum, sed se habent in determinate ad multa: determinantur autem ad actus per habitus, sicut ex supradictis patet: * & ideo uirtutes humane habitus sunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quandoque uirtus dicitur id, ad quod est uirtus. i. uel obiectum uirtutis, uel actus eius. Sicut fides dicitur quandoque id quod creditur, quandoque uero ipsum credere, quandoque autem ipse habitus, quo creditur. unde quando dicitur, quod uirtus est ultimum potentie, sumitur uirtus pro obiecto uirtutis. Id enim in quod ultimo potentia potest, est id, ad quod dicitur uirtus rei: sicut si aliquis potest ferre centum libras, & non plus, uirtus eius consideratur secundum centum libras, non autem secundum 60. Obiectio autem procedebat, ac si essentialiter uirtus esset ultimum potentia.

AD II. dicendum, quod bonus usus liberi arbitrii dicitur esse uirtus secundum eadem rationem, quæ est id, ad quod ordinatur uirtus, sicut ad proprium actum. Nihil

est enim aliud actus uirtutis, quam bonus usus liberi arbitrii.

AD TERTIUM dicendum quod aliquo dicitur mereri dupliciter. Vno modo sicut ipso merito, eo modo quo dicitur currere cursu: & hoc modo meretur actibus. Alio modo dicitur mereri aliquo, sicut principio merendi, sicut dicitur currere potentia motiua: & sic dicitur mereri uirtutibus & habitibus.

AD QUARTUM dicendum, quod uirtus dicitur ordo, uel ordinatio amoris, sicut id, ad quod est uirtus: per uirtutem enim ordinatur amor in nobis.

AD QUINTUM dicendum, quod potentia naturales sunt de se determinatae ad unum, non autem potentia rationales: & ideo non est simile, ut dictum est *.

ARTICVLVS II.

Utrum uirtus humana sit habitus operatiuus.

AD SECUNDUM sic procedit. Vt quod non fit de ratione uirtutis humane, quod sit habitus operatiuus. Dicit enim Tullius in 4. de Tusculan. * quaestionibus, quod sicut est sanitas & pulchritudo corporis, ita est uirtus anime: sed sanitas & pulchritudo non sunt habitus operatiui. ergo neque etiam uirtus.

¶ 2 Præter. In rebus naturalibus inuenitur uirtus non solum adagere: sed etiam ad esse, ut patet per Philosophum in primo de celo, quod quædam habent uirtutem, ut sint semper, quædam uero non ad hoc quod sint semper, sed aliquo tempore determinato: sed sicut se habet uirtus naturalis in rebus naturalibus, ita se habet uirtus humana in rationalibus. ergo etiam uirtus humana non solum est ad agere, sed etiam ad esse.

¶ 3 Præter. Philosophus dicit in 7. Physic. * quod uirtus est dispositio perfecti ad optimum: optimum autem, ad quod hominem oportet disponi per uirtutem, est ipse Deus, ut probat Aug. in lib. 2. de moribus. Ecclesie, * ad quem disponitur anima per assimilationem ad ipsam. ergo ut quod uirtus dicatur qualitas quædam anime in ordine ad Deum, tanquam assimilatiua ad ipsum: non autem in ordine ad operationem. non igitur est habitus operatiuus.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic. * quod uirtus uniuscuiusque rei est, quæ opus eius bonum reddit.

RESPON. Dicendum, quod uirtus ex ipsa ratione nominis importat quandam perfectionem potentia, ut supra dictum est. * unde cum duplex sit potentia, scilicet potentia ad esse, & potentia ad agere, utriusque potentia perfectio uirtus uocatur: sed potentia ad esse se tenet ex par

¶ Super Quaestione quinquagesima prima et articulum secundum & tertium.

IN art. 2. & 3. c. d. d. ubi dicitur quod uirtus operatiua non est habitus operatiuus: & in sequenti, quod sit bonus & boni operatiuus. Secundo, in communibus, quia causa secundaria agit apud autorem non solum uirtute propria, sed uirtute prima: ita quod in aliquid potest uirtute principalis, in quo non potest propria uirtute: super cuius opposito fundare uirtutem. & quia hoc Metaphisici uidentur negotij, ad propositum ueniendum est. Scito igitur, quod quia Scotus moralem uirtutem sic, respectum solum posuit adde re ipsam habitum: ideo consequenter negauit ipsam esse operatiuam. & rursum, quia bonitatem moralem actus possit in solis relationibus debite proportionis actus ad potentiam, obiectum, finem

invenit, tempus, locum &c. secundum re: tam rationem: sicut pulchritudo non est aliqua qualitas, sed aggregatio convenientium, puta figurarum, magnitudinis, coloris &c. & relatio non habet proprium principium actuum, ideo virtus moralis non est principium actuum bonitatis moralis. Et confirmatur quia relatio consequens necessario extrema, non habet propriam causam aliam ab extremis: sicut autem respectus consequitur extrema posita ex natura extremorum. Impossibile est enim aliquem actum sic conditionatum poni in esse, & rationem rectam non ponit in esse, cum ex natura extremorum consequatur in actu talis conformitas ad rationem rectam. Nos autem tam primum fundamentum in precedenti articulo remouimus, declarantes virtutem moralem adire suam habitum differentiam specificam, sicut hominem supra animal: & propterea consequenter facimus, quod virtus moralis in quantum est virtus moralis, est principium actuum moralium: ad secundum Scoti fundamenta dicimus, quod quod sit de essentia bonitatis in actu morali. an scilicet sit qualitas, an relatio, quantum ad propositum spectat, non refert: quoniam illud commune dicitur, quod relatio non habet causam actiuam propriam, intelligitur de causalitate propria sic, quod terminetur ad ipsam solam, nulla enim causa actiua facit solam relationem, cum quoniam stat, quod habet per se causam effectiuam cum alio quod probat. Summum bonum in uniuerso habet causam actiuam per se intendente illud: sed ordo uniuersi est summum bonum in uniuerso, ut patet in 2. Met. ergo habet causam actiuam per se, conflat autem quod ordo est relatio. Præterea, Effectus proprius

te materia, quæ est ens in potentia: potentia autem ad agere se tenet ex parte formæ, quæ est principium agendi, eo quod unumquodque agit in quantum est actus. In constitutione autem hominis, corpus se tenet sicut materia, anima uero sicut forma: & quantum quidem ad corpus, homo communicat cum aliis animalibus, & similiter quantum ad uires, quæ sunt animæ & corpori communes. solæ autem illæ uires, quæ sunt propriæ animæ, scilicet rationales, sunt hominis tantum: & ideo uirtus humana, de qua loquimur; non potest pertinere ad corpus, sed tantum ad id, quod est proprium animæ: unde uirtus humana non importat ordinem ad esse, sed magis ad agere. & ideo de ratione uirtutis humana est, quod sit habitus operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod modus actionis sequitur dispositionem agentis. Vnum quodque enim quale est, talia operatur: & ideo, cum uirtus sit principium aliqualis operationis, oportet quod in operante præexistat secundum uirtutem aliquam conformis dispositioni: facit autem uirtus operationem ordinatam, & ideo ipsa uirtus est quædam dispositio ordinata in animam, secundum scilicet quod propriæ potentie animæ ordinatur aliquam ad inuicem, & ad id quod est extra: & ideo uirtus in quantum est conueniens dispositio animæ, assimilatur sanitati & pulchritudini, quæ sunt debite dispositiones corporis, sed per hoc non excluditur quin uirtus etiam sit operationis principium.

AD II. dicendum, quod uirtus, quæ est ad esse, non est propria hominis, sed solum uirtus quæ est ad operationem, quæ sunt propria hominis.

AD TERTIVM dicendum, quod cum Dei substantia sit eius actio, summa assimilatio hominis ad Deum est secundum aliquam operationem, unde, sicut supra dictum est, felicitas siue beatitudo, per quam homo Deo maxime conformatur, quæ est finis humane uitæ, in operatione consistit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uirtus humana sit habitus bonus.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quod non sit de ratione uirtutis, quod sit habitus bonus. Peccatum enim in ma-

lo semper sumitur, sed etiam peccati est aliqua uirtus, secundum illud I. ad Corinth. 15. Virtus peccati, lex. ergo uirtus non semper est habitus bonus.

¶ 2 Præterea. Virtus potentie respondet, sed potentia non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum, secundum illud Isai. 5. Vires, qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miserandam ebrietatem. ergo etiam uirtus se habet & ad bonum, & ad malum.

¶ 3 Præterea. Secundum Apostolum 2. ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur, sed infirmitas est quoddam malum. ergo uirtus non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. de moribus Ecclesiarum. Nemo autem dubitabit, quod uirtus animam facit optimam. & Philosophus dicit in 2. Ethico. quod uirtus est, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

RESPON. Dicendum, quod si cur supra dictum est, Virtus importat perfectionem potentie. unde uirtus cuiuslibet rei determinatur ad ultimum in quod res potest, ut dicitur in primo de celo. Ultimum autem, in quod una quæque potentia potest, oportet quod sit bonum: nam omne malum defectum quendam importat. unde dicitur in 4. de diu. quod omne malum est infirmum, & propter hoc oportet, quod uirtus cuiuslibet rei dicatur in ordine ad bonum: unde uirtus humana, quæ est habitus operatiuus, est bonus habitus, & boni operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut perfectum, ita & bonum dicitur metaphorice in malis. Dicitur enim & perfectus fur, siue latro: & bonus fur, siue latro, ut patet per Philosophum in 5. Metaph. secundum hoc ergo etiam uirtus metaphorice in malis dicitur. et sic uirtus peccati dicitur lex, in quantum scilicet per legem occasionaliter est peccatum augmentatum, & quasi ad maximum suum posse peruenit.

AD SECVNDVM Dicendum, quod malum ebrietatis, & nimie potationis consistit in defectu ordinis rationis. Contingit autem cum defectu rationis esse aliquam potentiam inferiorem perfectam ad id, quod est sui generis, etiam cum repugnantia uel defectu rationis: perfectio autem talis potentie, cum sit cum defectu rationis, non posset dici uirtus humana.

artis per se fit ab arte, sed ordo manifeste fit ab artibus. Videmus enim artes dolatius ad hoc tendere, ut ordinatæ & mensurate incident &c. & sic habitus uirtutis moralis facit ordinationem in actu. Unde in responsione ad primum in hoc secundo articulo litera dicit, quod uirtus facit operationem ordinatam. Quomodo autem hoc fiat, non est difficile uidere. si quis enim consideret, quod habitus uirtutis non causat seorsum a potentia, sed est perfectio potentie ad causandum actum ordinatum, uidebit quod potentia perfecta habet causam per se, intendendo non solum operationem, sed operationem ordinatam sic: & experientia teste conuincitur, quod est ratio illi potentie, quod cautelè regulatam operationem. & hoc, ut dictum est, manifeste liquet in artificialibus, quibus concipimus quid intrinsecus agitur: unde fundamentum illud nihil facit pro Scoto ad propositum. Quod autem addit, quod relatio prima consequitur extrema, dignum admiratione uir: nam per extrema aut intendit absolute, aut relationes: hec sunt quæ in questione nem ueniunt, a quibus causatur, puta, relationes singule ad tempus, ad locum, ad potentiam, & ceteræ circumstantiæ: si absoluta, falsum uideatur apud te, quod posito actu quod ad absoluta tantum, & recta ratione in esse oporteat sequi conformitatem: quamuis apud nos posita recta ratione in actu secundo &c. ut infra dicitur, impossibile sit legi actum difformem. sed hoc non est, quia relatio consequitur, sed quia talis effectus non stat cum tali causa. Dicitur ergo, quod uirtus facit operationem ordinatam tanquam effectum proprium, & quod relationem habere sic effectiuam per se cum, non inconuenit, sed oportet quod doq.

li. 2. ca. 6. in prin. tom. 1. ca. 6. tom. 5.

art. i. huj. q.

rex. 116. co. 2

227. 4. in medio, & clarior inter mediâ & 6.

tex. 2. lib. 3.

Super